

necessum est, si non ipse testator hac cura functus sit, *ad ill. nam & hic*,
 sicut i sèpè alias, provisio hominis tollit provisionem legis, maximè
 qn. lex hominis provisionem duntaxat, supplet, aut in ea se fundat.
 P.ædicta * vera sunt, ut ne heres quidem sit executor, neque ad di-
 stributionem legatorum admittatur, si de contraria testatoris volun-
 tate apparet; Apparet * verò, si testator alium dedit. A. Tiraquell.
tr. le mortsais. le vif. part. 7. declarat. 5. num. 5. Neapol. Mart. *de*
success. leg. p. 199. col. 2. num. 106. idque licet heres obtulerit cautio-
 nem de testamento exequendo. Tiraquell. *d. l.* Idem * dicendum
 de agnato & consanguineo testatoris, si se offerret ad exequendum;
 Dyn. *in l. si nemo. ff. de testam. tut.* Quamvis * ex singularibus circum-
 stantiis Sixtus IV. Pontifex Romanus aliquando nepotem testatoris
 contra alium testamento constitutum admiserit, cuius diploma Apo-
 stolicum 1478. emissum refert & adducit J. Petrus Moneta *d. tr. c. 2.*
qu. 3. post num. 60. Quid * verò si quis de facto exequeretur ultimam
 voluntatem, quam testator alii concrediderat? e. g. extat penes tertium
 ex legitima causa res testatoris propria, quam testator constituto execu-
 tore vendere ipsum, ac designato legatario premium præstare jussit, quid
 si comperta hac voluntate nudus detentor illam exequeretur? nulla est
 venditio, *arg. l. 8. pr. ff. de reb. eor. qui sub tut.* in verò rati habitione
 constituti executoris convalescere possit, hoc infra videbimus cum de
 substituendi facultate dicendum erit. vid. Molin. *de Iust. & Iur. t. 2.*
disp. 742. num. 3. Quocunque * modo voluntatem suam testator de-
 claret, quoad conventum non interest. De * testamentario constat
 ipsum voluntate testamento, codicillis, mc. donatione, & similibus, de-
 clarata constitui. Nicol. Everh. Jun. *vol. 2. p. 30. num. 3.* ita * ut testa-
 mento, cui non erat adjectus executor, alia ultima voluntate, e. g. codi-
 cillis, ipse demum nominari possit. Bald. *ad l. fin. ff. de rebus eor. qui sub*
tut. Sic * executores deputari possunt in testamento paterno, licet non
 sint de numero libb. Quamvis enim quicquid ibidem ordinatur inter ex-
 traneos valere non possit; illud tamen limitant Dd. nisi actus à testa-
 mento non sit extraneus, sed eidem consentaneus; ad quod allegant *l. qui*
in aliena. § quanquam. ff. de neg. gest. vid. Philipp. de Franch. *in Confil.*
apud Zilem. 116. num. 11. & seqq. Diis. Georg. de Tortis. *ibid. confil. 24.*
num. 2. An * autem præcise necessum sit, ut voluntas, qua alteri, ab haec
 distinctæ, voluntati supremæ executor datus sit, legitime sit ordinata, &

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

•

29.

30.

et ab